



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX

Dominica Qvinta Post Pascha.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)

rem vos veritatem edoceret. Tu igitur animarum nostrarum redemptor gratiam largire tam bene veritatem hanc sequendi, & magistri huius monitis præceptisque credendi, ut & malum declinemus & bonum faciamus, quo ita tandem aliquando recta ad æternam beatitudinem pertingere mereamur; cuius nos confortes Pater & Filius & Spiritus S. mittendus efficiant.

DOMINICA QUINTA
POST PASCHA.

Partes.

1. De orationis titulo & commendatione.
2. Explanatio Thematice.
3. De vi & efficacia orationis.
4. Quæ virtutes sint potissima comites orationis.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

FIGURA

Paral. 1.
Ioan. 16.
SALOMON Rex Israel cum varia Deo sacrificia obtulisset, & plurimas victimas immolasset, sequenti nocte secundum quietem à Deo compellatus fuit, ut quidquid sibi deesse putaret, precibus à Deo contenderet; certa cum spe, quidquid postularet, se impetraturum. Verba promissi sunt hæc, *Postula quod vis.* Et ecce Christus, qui plusquam Salomon, pridie quam peteretur & incruentum illud sacrificium corporis sui in cruce immolandi Patri offerret, discipulos suos unum in locum convocans, eosque consolatus ait: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Quibus verbis, meritum ac dignitas orationis & simul eiusdem qualitates includuntur; verba hodierno Evangelio comprehenduntur: quod ut digne vobis exponatur, ad Spiritum Sanctum confugiamus, nobis ut gratia sua auxiliari dignetur; & ad Deiparam Virginem, precibus ut suis opituletur: hanc in rem salutationem ei angelicam offeremus. *Ave Maria.*

Angelicus doctor Thomas, de orationis excellentia sermonem instituens, ait eandem ad diutnum proprie obsequium pertinere, & cultum patriæ soli Deo debitum respectat. *Oratio ad Dei cultum respicit.* spicere: eo ipso enim quo oramus, eum ut verum Numen agnoscamus, quod & malis nostris succurrere, & aduersitatibus nostris opitulari queat. Ipsa quin etiam oratio omnium virtutum armamentarium & tutela est, & simul victorum omnium ruina & interitus. Adeo ut dum quis orationi incumbit, omnes eodem tempore virtutes exerceat: ipsa siquidem instar primæ in circuitu rotæ est, quæ agitata omnes alias inferiores agit & ad se pertrahit: vel totæ in horologio, quæ impulsa omnia ferramenta mouet & impellit.

Et merito his eam similem esse dixi, quod Cæterarum ipsa cæterarum virtutum exercitium & cultum inducat: in oratione enim fides relictæ, charitas inflammatur, spes erigitur, humilitas magis se deprimat, patientia manifestat redditur. Atque hinc Apostolus Paulus, Ephesis scribens, postquam Christianum Christianis armis instruxisset, iustitiam lorica eum præcinxisset, spei galeam ei imposuisset, clypeum fidei in manus tradidisset, gladio vero verbi diuini armasset, tandem in armorum complementum adiungat: *Per omnem orationem & obseruationem Ephes. 6.* orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, in omni instantia. Perinde ac si dixisset; singularia vobis arma aduersus aliquos hostes suppeditavi, sed iam aduersus omnes in genere & quæ vniuersos prosterminat armaturam accipite, quæ nimirum plus aliis gessit; *Per omnem orationem,* quia ipsa solâ omnes inimicorum acies profigaret: aliis virtutum armis non semper utendum, ut ieiunio, pœnitentia, & elemosyna, at oratione omnibus in locis & nullo non tempore. Adeo ut de ipsa quod de turri Davidica olim Salomon, usurpare liceat: *Mille clypei pendunt ex ea, & omnis armatura fortium.* ex illa namque mille virtutum genera dependent velut clypei & ymbones, & omnis iustorum armatura; sed ita, ut qui hac in turri consistit, in loco refugii & tuto, atque fortissimo versari videatur; extra illam

Oratio rotæ assimilatur.

Cantic. 4.

Nann 3. illam

illam vero constitutus, discrimen non patrum a deat.

Lib. 2. de orat.

Non absudit à proposito similitudo illa quam Chrysostomus de orationis præstantia tractans adhibet: quemadmodum, inquit, ciuitas muris & vallibus denudata facillime ab hostibus expugnatur & stragem patitur; ita quicumque orationis vallo munitus non fuerit, statim in vaditur, expugnatur, & à Satana in captiuitatem abducitur: e contra vero, qui hac virtute velut propugnaculo fuerit munitus, omnium inimicorum impetum facile cludit, atque infernales potentias perfringit & superat, ac tandem ad finem, velut epiphonema, subnectit: *Non rugitus leonis sic bestias fugat, et inusti oratio à demones.*

Oratio rugitus leonis confertur. Psal. 37.

Didicerat scilicet, sanctus ille Pater hunc loquendi morem & egregiam hanc metaphoram à Psalmographo, qui quodam in loco orationem cordis rugitum appellare non dubitauit: *Rugiebam à gemitu cordis mei*, id est, Cum in infecus animus concepto ob peccata luctu, ingemisceret; os meum tanto affectu & ardore Deum precabatur, ut leonis aut vrsi alicuius instar rugire videretur. Idem quoque Chrysostomus orationem alio loco animarum sanctarum neruos nuncupauit; nam quemadmodum corpus hoc nostrum neruorum auxilio viuunt, incedit, quiescit, mouetur & cohaeret; ita per orationem & preces, quas ad Deum fundit, anima. Atque ut vrsi ipsi, neruis ablatis aut resectis, concideret & emoreretur, illiusque fabrica in nihilum recideret; non secus etiam illa orationum fulcris sublati, & precum neruis eneruata. Tanta scilicet orationis præstantia est & dignitas: quam & Patrum Sanctorum testimoniis confirmatum ibimus.

In tract. de oratione.

Primum in scenam prodeat Augustinus, qui de oratione tractans, admirando exclamat, *Quid oratione utilius? quid pulchrius? quid eadem dulcius, aut animæ contingere gratius potest? quid in religione nostra inueniri potest sublimius?* Ipsa nimirum cælos penetrat, nubes transcendit, ad Dei usque aures pertingit, ipsa vere interpretis est, quæ cordis nostri vota desideriaque diuinæ

maiestati exponit. Alio autem loco plures eius laudes in vnum congerit: *Oratio anima sancta præsidium, Angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, oratio sancta, columna sanctarum virtutum, Deitatis scala; Angelorum cognatæ, fundamentum fidei. Beatus, qui te amat, sed beator, qui te frequenter.* Chrysostomus vero commentario in Mattheum, latius in orationis encomiorum campum excurrentes, eandem custodem in temperantiæ, virginitatis sigillum, castitatis nutricem, humilitatis initium, superbiam moderatorem, & pacis stabilitatem dicere non erubuit.

Orationis encomia.

Huius vero discipulus & Diaconus Cassianus, ac deinde presbyteri Massiliensis in hac nostra Gallia, qui temporibus Honorij ac Theodosij Junioris Imp. vixit, singularia quoque in orationem encomia confert dum quodam in loco scribit: *Oratio est in terrestri corpore incorporea operatio, consentientia anima ante Deum, suauis clamor cordis, negatio omnium corporalium actionum, restrictio sensuum, obliuio sui & omnis creatura, potius uago spiritui, presentatio sui coram iudice, verum anima speculum.* Idem quoque Commentario quem scripsit in Psalmos, noua orationis præconia decantat, dum oratione iram Dei & furorē suspendit; at veniam delictorum procurari, correptionem pro iisdem auerri, præmiorum largitatem impetrari: cum illam coram Deo loquitur iudicem affari, Deumque, qui videri nequit, inuisibilem reddere affirmat.

Cassianus de oratione.

Cassiodorus etiam, Patricius ac Senator Romanus, Theodorici Gothorum regis consiliarius, & deinde Abbas Rauennas, vir incomparabilis, in orationum commendationem non pauciora scribit, *Oratio*, inquit, *serenat cor, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, subleuat ad cælestia, reddit capaces & dignos ad accipienda dona spiritualia.*

De oratione.

Climacus succedat, qui in oratione laudanda adeo exuberat, ut hanc solam præ aliis virtutibus laudare videatur; *Oratio*, inquit, *est coniunctio atque unio hominum & Dei, constantia mundi, reconciliatio Dei, lacrymarum mater, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpositus paries, bel-*

Gradius.

lorum

levum contractio, Angelorum opus, infinita operatio, virtutum fons, gratiarum ministra, nutrimentum anime, mentis illuminatio.

Ipse vero, ut tot sanctorum Patrum testimonijis productis, meam quoque symbolam huc conferam, ad orationem altissimum, regium, atque excellentissimum opus esse, ut quæ nos contemplatione in sublime rapiat à terra avulsos. Atque idcirco omnes propemodum Theologi, hoc orationem modo definiunt, *Elevatio sive ascensus mentis in Deum*; quæ definitio è libris Ioannis Damasceni deprompta est. Cum vero ascensus aut elevationis hic fieri mentionem audio, ipse mihi persuadeo, hanc potissimum causam esse, cur toties in sacris litteris oratio monti comparetur. Nam quemadmodum montes alti & eleuati sunt, & ad conscendendum difficiles, ita & oratio sublime quid est & eminens, & ad quam non tam facile, omnibus accessus patet.

In huius rei testimonium in Exodo legitur: *Non poterit vulgus ascendere in montem. Quod triuales & plebeij, qui sæx quodammodo & opprobrium mundi huius sunt, ad orationem inepti existant, nec ullam ex eadem delectationem aut gustum percipiant. Caterum ipsa vere mons est, de quo Psalmographus locutus intelligitur: Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in sinem. Mons inquam saluandis nobis destinatus, cuius vera figura existit ille, in quem Loth è Sodomitico se incendio proripiens confugit: *In montem saluum te fac.* Mons denique in quo Dei gloria commoratur, similis illi de quo in Exodo scribitur: *Habitavit gloria Domini super montem Sinai.* Nam si Hieronymi sequi interpretationem velimus, Sinai tantundem valet; atque exitus è tentationibus. Quicumque igitur in montem orationis conscendentes tentationibus paulatim egrediuntur, gratiæ lumine à Deo illustrantur, & spes gloriæ adipiscendæ in eorum animis pullulat.*

II. Quidquid vero hætenus in orationis commendationem diximus, Euangelij hodierni occasione dictum est; in quo non nisi de oratione & precibus mentionem fieri vi-

demus. Ioannes id ipsum deseripit, & inter cetera habet: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hanc porro materiam expositurus, bifariam diuidam; primo de orationis excellentia, dignitate, potentiaque loquar; ac deinde quæ ad eiusdem perfectionem necessaria sunt, paucis exponam.

Christus igitur, referente Euangelio, ex hoc mundo ad Patrem recessurus, Apostolos consolatur dicens, si quid Patrem in nomine suo peterent, haud dubie illos impetraturos, & nunquam preces ipsorum irritas aut vacuas fore. Et quemadmodum sponsus sponsæ valedicens, dum in longinquam aliquam regionem profectionem instituere parat, ipsam suauissime ad extremum amplectendo ait: *Vale carissima mea, vale amantissima sponsa; tu vero absentem sæpius litteris interpella, quæcunque tibi necessaria sunt audacter per epistolam pete, quidquid desideres postula; nec frustra, mihi crede, postulabis, aut difficilis ipse in dando erit; sed mox ut voluntatem intellexero, voto quam amplissime satisfaciam, nec vlla te ratione fallam.* Ita & ecclestis ille sponsus amore & affectu incredibili erga dilectam sibi sponsam Ecclesiam flagrans, eidem sub Apostolorum nomine præcepit, ut, si quare indigeret, Patrem in suo nomine peteret, qui filij nomine audito, quam primum votis annueret.

Cuius rei figura fuit sponsus ille Cantico- rum, qui sponsæ vltimum valedicens, & ab eius se consortio proripiens, inter cætera amoris indicia, & vltima verba ait: *Fac me audire vocem meam*, id est, Tanto te amore prolequor, amica mea, viuere ut nulla audita de te fama, non posse videar; sæpius igitur absentem scribendo compella: in hoc amorem ergo me tuum demonstra. Ita & Christus à dilectis suis recedens ait: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

Quoniam Deus bone in hisce verbis lateat mysteria: Primo, quod non ad se, nec ad Spiritum S. sed ad solum Patrem vota nostra dirigi vult; ipse enim solus liberalis & dator munerum est, quiq; omnia largissime suppeditat: *Qui dat omnibus affluentem, nec quidquam*

Simile;

Can. 81.

Ioan. 16.

Liberalitas Deo Patri propria.

Iac. 1. quam

quam ab aliquo accipit. Nam quamvis filius essentiam suam Spiritui S. communicet, quam à Patre ipse mutuatur, & Spiritus S. eam sem à Patre recipiat & filio, alteri eandem non communicando: Patrem tamen solus liberalem se erga Filium & Spiritum S. ostendit, & nihil ab eisdem accipiendo, suam illis essentiam elargitur, atque ideo merito liberalitas illi attribui potest: nec sola hæc, sed & magnificentia, nam donans quidquam, effusissime & superfluentè ipsum donat.

Seneca lib. de beneficiis.

Cum quidam, referente Seneca, munus aliquod & honorarium ab Alexandro Magno peteret, sed exigui ipsam momenti; rex rei exiguitate & petentis inopia inspecta, integram ei urbem donavit, quam beneficentiam demiranti, ait rex, *Ut in te conferam beneficentiam non quis sis, aut quibus dignus, sed quid me largiri conveniat, attendo.* Idem omnino de Patre æterno Rege illo regum sentendum; qui benefaciendo nostram vilitatem non intuetur, sed magnificentiam suam; videtque non quid nostra indignitas meretur sed quid divinitatis amplitudini dare conveniat. Ideo in Evangelio Christus ait, *Si quid petieritis Patrem in nomine, &c.* id est, Petite quodecumque volueritis, ac scitote Deum largum & munificum esse. Ut & alio loco ait, *Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, &c.*

Ioan. 16.

Soli iusti Dei filij.

Secundo notandum hic venit, verba hæc non nisi de solis iustis accipienda; qui soli Patris æterni filij sunt ut peccatores filij diaboli: Vti in Evangelio de Iudæis Dominus ait, *Vos ex Patre diabolo estis.* & in Epistola sua Ioannes, *Filij Dei & filij diaboli estis.* Et sicut filiorum Dei est, Deum assidue orare; ita horum, ab oratione nimis quantum abhorere: ipsorum namque preces Deus non exaudit, ut bene in Evangelio cæcus ille affirmavit, *Scimus quia Deus peccatores non exaudit;* & olim Isaias, *Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam, manus enim vestra sanguine plena sunt, i. peccatis;* cum caritate & benignitate refertæ esse deberent. Solis igitur iustis verba hæc dicta sunt, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo &c.*

Cœlestia.

Tertio notandum est, ut docte admodum

olim magister notavit Augustin. Christum hisce verbis usum, quo nos edoceret, non nisi cœlestia in oratione à Deo postulanda, quæ vere & essentialiter quidquam sunt; non vero terrena, quæ non nisi meræ illusiones, imposturæ, vanitates, & inania phantasmata. Sunt nimirum cœlestia, entia vera & realia, ut quidem Philosophi loquuntur, terrena vero & mundana, entia rationis & fictitia. Quorum inania graphice olim Plates descripsit, cum de rebus mundi huius ait: *Filii luminum ut quid diligita vanitatem, & quæritis mendacium?* Atque hunc conceptum calculo suo confirmans August. quodam in loco scripsit: *Qui vere Christianus est, non ista temporalia perere debet, sed ad pondus orationis & intentionis suæ ad expensendam æternam beatitudinem debet impendere.* Athodie, proh dolor! aliter vitam suam plerique mortalium instituunt, nemo cœlestium recordatur, nemo de cœlo sermonem instituit, omnes quæ mundi sunt & loquuntur & spirant, atque à Deo in oratione postulant.

Rogabat Samuelem Saul, Deo ut supplicaret, ne regno Israel priuaretur, nec solio deturbaretur; tantaque instantia & importunitate rogabat, pallium eius ut apprehensum conscinderet: verum, ut delicti sibi veniam obtineret, ne verbum quidem fecit. Ad eundem modum ut plurimos hodie reperire est, qui magno animi ardore contentioneque, regna, dignitates, honoresque à Deo postulant; de gratia vero eius, vel benedictione cœlesti obtinenda vel de animæ salute nemo sollicitus est.

Imo sæpenumero contingit, quod vere deplorandum est, ut multi, oratione abutentes, sibi animæque noxia petant, quæ plus obsint quam prosint. Rachel, Iacobi vxor, tanto prolis habendæ desiderio tenebatur, ut honestatis propemodum limites egressa; & sterilitatis impatientissima, marito indignabunda dixerit, *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Et ecce Deus, voti eam compotem reddens, desiderioque illius satisfaciens, duos ei liberos concessit, in quorum vnus partu, Benjamin scilicet expiravit. Ut sancta hæc mulier, liberos petendo, nec sciebatur

vera sunt: terrena vero merum nihil.

Psal. 4.

Lib. de verbis Domini.

1. Reg. 17. Temporalia non sunt in oratione petenda.

Gen. 30.

1. 2.

1. 16. Iacobi vxor I. Per charum abant.

1. 6.

1. 151.

sciebat sibi liberos mortem causaturos: ita plerique à Deo in oratione multa postulant, quæ interitum & ruinam animæ sæpenumero adferunt.

Rebecca, matronarum sui temporis facile princeps, liberos etiam enixe à Deo postulavit: at cum iam in prægnantis utero gemini decertarent, seseque mutuo calcibus colliderent, voti quodammodo pœnitens, dicebat tristis, *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* Docet hæcce nos historia, mundi huius homines sæpius magna instantia & affectu liberos, diuitias, dignitates, honores aliaque sexcenta in oratione à Deo contendere; & frequenter in eorum eos natiuitate partuque mori, & vitam simul & animam perdere videmus. Quando igitur quid à Deo postulabis, quæ profutura salutis tuæ sint, pete, & in solo Christi nomine, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo.*

Hinc veteres Iudæi, cum quid à Deo postularent, quo ipsum facilius obrinerent, nomina & opera proavorum suorum, Abraham, Isaac & Iacob, velut mediatorum, interponerent, dicentes, *Memento obsecro Domine, Patrum nostrorum, Patriarcharum illorum veterum, qui ex toto te corde dilexere.* Quod fecisse Moysen legislatorem certum est, cum populo diuinum furorem promerito veniam orando obtinuit, Deumque illi propitium reddidit. Ipse quoque rex Israel Salomon, perspectum habens, quam Deo grata parentis sui David opera extitissent, nomen illius in precibus suis interponere solitus erat, eumque orationibus, quasi interpretem & votorum supplicationumque mediatorem præmittere. Ideo cum superbum illud & magnificum templum Domino construxisset, & regias illas victimas & hecatombas immolasset, genibus in templi medio in terram prostratis, multaque à Deo contendens, hac tandem clausula orationem terminauit, *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Quod testantur & Doctor anonymus, & Rabbi Salomon; dicunt enim, quamuis certo non constet, quis Psalmi huius auctor extiterit; vero simile esse, nec omnino absurdum, Davidem regem illius auctorem

Tom. I. Pars Hyemalis.

esse; vt qui eundem composuerit, vt in solemnium dedicationis templi die decantaretur: quam patris voluntatem filius impleturus, eo illum tempore decantari in organis omnique musicorum genere iussit. Veteres igitur in nomine patrum & auorum suorum, Deo gratiarum, orabant, Christianorum vero partes orant, non iam in Patriarcharum, sed Iesu Christi, vnigeniti, inquam, Dei filij nomine, nec in seruatorum duntaxat, Deum precari. Audite consulentem id Christum, qui suos in suo nomine orare vult, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo.*

Peccator igitur Patrem æternum non in suo, sed in nomine Vnigeniti illius orat, ob cuius merita donanda donare solet. Hoc modo orationem instituit David Rex, cum oraret, *In nomine tuo leuabo manus meas.* Per manuum autem leuationem in sacris Litteris oratio denotatur, qui orantis gestus est. Dicere igitur Propheta vult, si quid in nomine meo, vel eorum meritum respectu, à te peterem Domine, merito denegares, vt qui non nisi tormenta suppliciaque promeritus sim; nihil porto erit, quod in dulcissimi filij tui nomine petere non præsumam. Scio enim, nihil te illi denegaturum.

Filij Iacob, quo veteres iniurias abolerent, vitam conseruarent, & à Iosepho fratre, Ægypti totius vicario, veniam commissorum obtinerent, in patris cum nomine orarunt, veterum vt iniuriarum obliuisceretur, nec de ultione sumenda cogitaret. *Pater* præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verba illius diceremus: *Obsecro vt obliuiscaris fratrum tuorum, & peccati atque malitie quam exercuerunt in te.* Hinc obsecro, discant peccatores, qui magnum illum Deum, non vicarium, sed verum cæli terraque Dominum, grauissimis roties delictis offenderunt, & ad iracundiam prouocarunt; Patrem cœlestem in carissimi filij nomine rogare, veterum vt delictorum veniam concedat, pœnitentes in gratiam recipiat, ac benigne complectatur.

Historia hæc alterius mihi memoriam refricat, quam eidem Patriarchæ accidisse constat,

O o o o

constat,

Gen. 43.

Toan. 76. Christus sua in nos merita transfert.

simile.

constat. Frater illius cum in Aegyptum venisset, & cum frumento dimissi essent, non prius in conspectum illius venire potuerit, quam Benjaminum fratrem natu minimum adduxissent, Alioquin, inquit non & ebis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Idem nobis à Patre celesti dici credamus. Auditores, qui non prius nos in suum venire conspectum vult, quidquam oraturos, quam fratrem nostrum, non dico Benjamin, sed Iesum Christum, conducamus. Dicit hoc Evangelista: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, &c. Id est, virtutem meam meritaque interponentes; sua enim Christus merita nobis vltro resignat, libensque donat, vt eadem Patri æterno offeramus, atque iis orationes nostras robotemus. Quocirca, quamuis oratio infinita Dei misericordia nitatur, iustitia quoque niti dicenda est, cum quæ Christus iuste meritoque promeruit interponimus; qui sua in nos merita quam cumulatissime gaudet transferre. Atque vt generosus aliquis Imp. & dux, multis trophæis nobilis & victorijs varijs celebris, qui sapius hostem ad interuentionem vsque deleuit, vrbes plurimas expugnauit, regna Principi suo varia subiecit, si illum nulla recepta obtulit labores & victorias mercede, moti contingat; in extremo vitæ articulo constitutus regem alloquitur. Ecce serenissime Princeps, plurima tuo nomine discrimina adij, vitam pro regni tui gloria sæpe in præsentissima pericula cõieci, hostes, à regni tui finibus exegi, eorum potentiam fregi, cumque nullum laborum hastenus præmium repererim, modo liberos meos vnice tibi commendo, eorum vt memor sis rogo, & enixe suppliciterque te precor, vt si quo ea de causa superstitem me præmio affecisses, in illos, quasi in alterum me & animæ meæ partem, omnem beneficentiam transferas. Ita & Christus Dominus, cum morti vicinus esset, & iam dudum diaboli potentiam fregisset, mundum domuisset, & varias de hostibus suis victorias retulisset, omnes nos Patri æterno in cruce moriens commendauit, enixe postulans; sua vt in nos ille merita transferret. Atque ideo hodie nos docet, vt suo in nomine Patrem ora-

remus, suaque merita, mediatoris loco, interponeremus, Si quid petieritis Patrem, &c. Ioan. 16.

Notat hic Oecumenius, Christum hisce verbis docere voluisse, vere se Deum esse, cum in suo nos orare velit nomine, & in illo omnia nos impetraturos asserat. Mirabile siquidem & efficax nomen illius sit oportet, in quo omnia petita impetremus, quod soli illi proprium; cuius & potestas infinita & virtus immensa, qualis est Dei. Merito proinde Psalmographus exclamat, Domine Psal. 8. Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! cum in ipso homo omnia à Patre quæ petierit impetret. Hæc scilicet orationis virtus, & precum potentia.

Hanc igitur expositurus, dico tantam orationis vim ac robur esse, vt nihil non efficiat & effingat: ipsa dominatur omnibus, ipsa captiuos redimit, infernales abyssos occludit, cælos referat, bestijs immitibus imperat oraq. frænat esurientium animalium, inimicos prosternt, carceres effringit. Vnica oratio est: quæ Ionam Prophetam cetero vtero eduxit, Daniele à lacu leonum, & tres pueros à camino ignis liberauit. Adhuc vnice orationi, filij Dei incarnatio est adscribenda: ait enim D. Thom. sanctos Patres sola oratione & postulatione eandem à Deo impetrasse, merito de congruo. Quod & Propheta aperte præsignauit, & imprimis Psalmographus, Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Nec sola Verbi diuini incarnatio, verum ipsa quoque mundi redemptio salutisque humanæ reparatio vni adscribi imputarique debet orationi, Cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ipsam quin etiam Gentium conuersionem atque Ecclesiæ exordium & foundationem attribuire soli orationi oportet: ait quippe Psalmista: Postula à me, & dabo tibi gentes. hæreditat: m Psal. 110. II] Orationis vis & potentia. 3. Parte. Psal. 110. Hebr. 5.

Oratio præterea generale quoddam instrumentum est, quod ad omnia efficienda & agenda conducatur, inq; hominum negotijs pertractandis plurimum proficit: & quem- admodum Oratio instrumentum ad vniuersa. Exp.

impetran- admodum ad faciliorem commerciorum rationem pecuniæ vsus introductus, permu-
 tatiue pecuniaria inuenta, qua nihil in con-
 tractibus humanis nec vtilius aut facilius
 adeo vt, qui pecuniam habeat, omnia se pos-
 se & in manibus habere libere dicere queat:
 Ita oratio spiritalis quædam pecunia dici
 potest, vt quæ omnia valeat & domet. Caietanus,
 postquam pluribus docuisset, summum Pontificem plenariam potentiam habere,
 quasi abuti vellet, vniuersam Ecclesiam subuerteret
 & pessum daret, dicere non veretur, Deum non
 Ecclesiæ, ad tantum malum euitandum, remedium
 dedisse, quam orationem: qua & tantam calamitatem
 auerteret, cuius virtute tam præsens periculum
 à cœnicibus suis propullaret. Ne hæc Iulius
 Caietani aliquando opinio fuit, sed & piissimi
 optimique Regis Josaphat, qui aduersitatibus
 pressus ad Deum confugiens dicere solebat,
*Dum ignoramus quid agere debeamus
 periculum circumvallati: hoc solum habemus
 residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te,
 ad preces nostras, velut patronos & mediatores
 interponamus: oratio siquidē sola malorum
 vnicum est remedium, & sola spes nostra.*

Oratio peccatores in viam iustitiæ reducere potest.
 Tantam quoque plurimi Doctores orationi vim
 & robur adscribunt, vt solam eam peccatori
 gratiam iustum facientem, impetrare posse
 putent & veniam obtinere, eumque ab omni-
 bus delictorum maculis emundare: equidem
 in ea sum sententia, vt hoc, sine interiori
 Pœnitentiæ actu, fieri posse negem: atque
 ita verba illa Euangelij intelligenda credam.
*Petite contritionem & accipietis: quæ
 ite confessione: & inuenietis: pulsate oratione,
 & aperietur vobis.*

Oratio Deum euincit, eiusque iram placat.
 Ea orationis efficacia est, vt ipsum etiam
 Deum euincat, ei quodammodo viacula
 iniiciat, & de diuina maiestate triumphum
 agat, iustitiæ furorem sistat, iramque illius
 compescat ac terundat. Testem audacioris
 huius encomij ipsum habeo Deum, qui
 importunis Moysis precibus euictus, eum
 iam populū idololatriæ cultū flagella pro
 meritum funditus delere decreuisset, ait.
*Dimitte me, vt irascatur furor meus contra
 eos. Quod Glossa exponens de suo addit, Deus se*

fatetur Moysi orationibus teneri: qui postulat
 se ab eo dimitti, Cui suffragatus in Hegliis
 Ouidius ait in eundem propemodum sensum.

*Sape Iouem vidi, cum iam sua mittere vellet
 Fulmina, thure dato, iustissime manum.*

Sunt & aliæ orationis vires, quas paucis
 huc adducam. Ipsam à tribulantium irationibus
 sicutus immunem, & ab omni aduersitate
 liberat. Hunc in sensum Propheeta quidam ait,
*Clamate ad Dominum & eripiet vos de manu
 Principum inimicorum.* Cui Glossa in quantum
 cap. Judith & Origenes commentario in
 Numeros subscribunt, cum vnanimiter dicunt,
 vnum orando hominem plus posse, quam
 aliquot milia præliando: robori bellico
 orationem, & preces armis præferentes.

Quid obsecro oratio non potest: ipsa demones
 compescit, superat, erigit, usque legem imponit,
 in quo Christus ipse mihi prædicat. *Hoc genus
 demoniorum non vincitur, nisi in ieiunio &
 oratione.* Hinc illam Ambrosius c. y. Marc. 9.
 peum appellauit, quo omnia nequissimi hostis
 tela excepta franguntur. *Bonum scutum,
 inquit, oratio, quo omnia aduersarij spicula
 repelluntur.* Quod a Psalmographo didicit,
 qui in canticis suis ait, *Pro eo, vt me diligere
 detrahebant mihi, ego autem orabam:* ad quod
 etiam referri potest, quod alio loco dicebat,
*Fulgura conuersionem & dissipabis eos: emitte
 sagittas tuas & conturbabis eos.*

Adco quoque potens & valida oratio est, vt
 in plurimis sacre Scripturæ locis militiæ
 & prælio comparetur: comparationem hanc
 adhibuit Apollolus, Corinthiis de seipso
 scribens, *in carne ambulantes non secundum
 carnem militamus.* Origenes etiam Israelitarum
 cum Amalecitis conflictum & victoriam
 examinans, Moysen in monte ad Deum manus
 leuante & orante, ita sententiam tandem
 tulit, *Inducatur, populus Dei non tam
 manu & armis quam voce & lingua pugnare,
 ad Deum orationum fundendo.* Quo etiam
 facit, quod ad Romanos scribit Apollolus,
*Obsecro ergo vos fratres per Dominum
 Iesum Christum, & per charitatem S. Spiritus
 vt adiunctis me in orationibus pro me ad Deum.*

Lib. 5. Trist.

Barnab. 4.

Psal. 104.

Psal. 123.

Hom. 11. super Exod.

Rom. 15.

Orig. lib 10. Porro loco adiuuetis me, Græcus textus habet
in Epist. ad *οὐκ ἀποκρίσθη*, id est, simul confugatis, vel cō-
Roman. fligenti in eodem studio succurratis, quod &
obseruauit Origenes dicens, *αὐτὸν ἔλεγε*, dixit
Apostolus, ostendens quasi agonem haberet cer-
tamenq; orationis.

Cant. 7.

Eodem etiam sensu explicanda sunt ver-
ba illa Canticorum: *Quid videbu in Sula-
mite, nisi choros castrorum?* Ecclesia enim,
cuius sponsa figura est, propter varios San-
ctorum ordines, diuersasq; hierarchias, tum
etiam propter animos masculos armorum-
que usum, castris comparatur. Bene autem,
inquit Theodoretus, Spiritus S. *choros ca-
strorum* hic vsurpauit, eo quod dum Dei lau-
des & præconia in choris templorum decan-
tantur, vniuersa Ecclesia quasi armis
gloriosa triumphare videatur. Exclamem
igitur iure, ô Oratio vere admirabilis ac di-
uina.

Oratio natura vires
superat.

Vere inquam admirabilis & potens, ut po-
te, quæ omnem naturæ potentiam longo in-
teruallo antecellat. Natura enim nullum
conseruare corpus potest sine alimento & e-
sca: quod & Aristoteles libro de generatio-
ne confirmat: *Omne viuens quamuis uiuit, in-
diget alimento conuenienti naturæ suæ.* At oratio
sola hocce efficere potest, ut in Mose He-
bræorum ductore aperte apparuit, qui inter
alios sexcentos, quadraginta diebus & toti-
dem noctibus sine vilo alimento, solam ora-
tionem cibi loco adhibens, stupente natura
& tantum miraculum admirante, in mon-
te vixit.

Angelorū
potentiam
superat.

Ipsa quin etiam omnibus potentior est
Angelis: quod hac ratione probō: Angeli
siquidem, si Philosophis & Theologis fides
adhibenda, cælos impellunt, & eorum sunt
directores: at oratio ipsum cælorum con-
ditorem mouet, non quidem motu locali,
sed virtute sua & potentia: quod ipsum quo-
cumque voluerit, quo nobis in necessitati-
bus succurrat, & benignum se declaret, im-
pellat ac trahat. His addo multa sapenu-
mero orationem effecisse, quæ ipsam An-
gelorum potentiam auctoritatemque exsu-
perent: ipsa enim cælos stetit, Planetarum
regem in medio axe ad tempus sistere cog-
git: ipsa Eliæ ore profusa cæli fontes occlu-

Ies. 10.
3. Reg. 17.

dit, & imbrium thesauros triennio & seme-
stri nemini patere voluit, ut homines præ fa-
me & siti in terra emorerentur.

Omnium etiam creaturarum potentiam
antecellit, ita ut quidquid cæteræ possunt,
nihil esse aut leue videatur. Equæ enim
creatura, propria virtute mortuum ad vi-
tam reuocet? nam, Philosophorum placitis
inhærendo, a priuatione ad habitum non da-
tur regressus. Verum efficere hoc oratio po-
test: testis sit Eliæus, qui precibus suis Su-
namitidis filium ad vitam reuocauit. Nul-
la deinde creatura est, quæ propria virtute
in creatorem ipsum transmutari queat, at
per orationem fieri hoc potest, & quotidie
in templo fieri videmus: quando in sacro-
sancto Missæ sacrificio, panis & vini sub-
stantia, per sacerdotis preces & sacra conse-
crationis verba, non sine miraculo & vehe-
menti creaturarum omnium stupore, in pie-
tiosi corporis & sanguinis Christi Jesu sub-
stantiam transeunt: licet enim in quantum
homo creatura sit: in quantum tamen Deus
creator est. Atque hæc Theologorum om-
nium in quantum sententiarum est opinio.
Vere igitur regia, sancta, diuina, & admi-
rabilis potentia oratio est. Hæc prima con-
ditionis parte dicere de oratione decreueram,
quæ ad eiusdem perfectionem requiruntur
dicenda supersunt, qualitates inquam &
conditiones requisitæ.

Prima virtus eidem quam maxime neces-
saria est humilitas: nam, teste Ecclesiasti-
co, *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.*
Atque ita intelligendam esse docet Jac. b.
cum Angelo luctam Osee Propheta: *Et im-
ualuit, inquit, ad Angelum, scilicet Jacob, &
confortatus est, fleuit & rogauit eum.* Quibus
è verbis colligi datur, luctam illam & duel-
lum Jacob cum Angelo aliud non fuisse quàm
gemitum & humiliationem cordis in Ja-
cob, qui Esau fratris potentiam & occur-
sum veritus, coram Deo se in oratione tum
prostrauerat, auxilium cum gemitu & la-
chrymis effusus deposcens. Adco, ut præcipua
orationis illius pars fuerit humilitas admi-
rabilis.

Quin & alio loco Genesios, cum Abraham Gen. 18.
Deo pro Sodomitarum incolumitate confer-
ratio-

Oratio
creaturarū
potentiam
antecellit.
4. Reg. 4.

IV.
Oratio hu-
milis sit o-
porter.
Ecd. 35.
Gen. 32.
Ose. 12.

uationeque supplicaret, ubi Vulgata legit: *Quia semel capillo qui.* Hebræi legunt: *Eia, capillo qui nunc.* Quasi dixisset, fieri ne potest, aut credibile est, Domine, me tecum loqui, & precibus te flectere præsumere? Magnæ profecto humilitatis argumentum, at quæ orationem illius Deo acceptam & gratam redderet.

Matth. 26.
Et in die illa orationis nomine dicitur.
 Hinc factum puto, quod Sancti omnes Deum oraturi, quo humilitatem animi declararent, in terram se semper prostraverint, velut indignos sese arbitantes, qui cum tanta maiestate oratione interprete, colloquerentur. nam corporis humilitatem spiritus & animi humilitas sequi solet. Exemplo sit redemptor, qui pridie quam mortem occumberet, non modo genua in horto oliuarum reclinauit, Patrem suum orans, sed quo sese amplius humiliaret, etiam pronus in terram procidit, dicens. *Pater mihi si possibile est transeat à me calix iste.*

Exod. 11.
Oratio ab orationis nomine dicitur.
 Moses cum, velut Dei altissimi minister, in Ægyptum descenderet, hac oratione Pharaonem regem compellauit, *Descendent omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me dicentes, Egrede te & omnis populus, qui subiectus est tibi.* Alius autem Interpretes loquuntur: *adorabunt me,* vertit, *orabunt me:* atque ita & Syrus interpretatur, & Paraphrastes Chaldaicus. Vnde manifestum redditur, quam humilis barbarorum illorum fuerit oratio, cum adoratio appelleretur, & Mosem adorasse omnes dicantur. Maximus autem humilitatis actus ipsa est adoratio, quo nullus maior exhiberi potest: in hac enim tam corpus quam spiritus diuinæ se maiestati & potentie omnipotentis subiiciunt, & obedientiam supplicem spondent. Ac talis sit oratio oportet, quæ adoratione fundi non potest, cum hæc evidens fidei & obsequij nostri erga Deum summum testimonium sit & argumentum, ut à quo omnia dependere, dirigi, donarique confiteamur.

1. 18.
 Quantum porro huiusmodi oratio eodem modo afferat quamq; efficax sit, dici non potest: oratio quæ humilitas stipat, & comitatur animi submissio. Huiusmodi fuisse legitur oratio respicientis & supplicis Publicani, qui templum Deum oraturus ingressus, adeo,

peccatorum suorum turpitudine ob oculos posita, erubuit, ut nec oculos in cælum atollere ausus fuerit, sed pectus tundendo, & ingemiscendo supplex dixerit, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Ta'em & Manassis regis orationem fuisse sacri Regum annales testantur: hic namq; genibus in terram prostratus, atq; oculos lachrymis suffusos, & amaritudine confectum habens, gemensque ad Deum clamabat, *Peccavi super numerum arenæ maris, & nunc flecto genua cordis mei ad te Domine.* Ille porro cordis genua, & non corporis, flectere dicendus, qui etiam Deo in oratione sese submittit.

Solet ut plurimum sancta hæc cordis humilitas lachrymas oculis elicere: ideoque Psaltes Psalmo trigésimo octavo Deum deprecans aiebat, *Auribus percipe lachrymas meas.* Lachrymæ porro non auribus percipiuntur, sed oculis videntur: pius tamen hic rex in sinuare volebat, orationes suas lachrymis plenas esse, sciebat utiq; preces, quæ lachrymis & piis suspiriis saginantur & referuntur Deo gratissimas exitere: Merito igitur sponsus, omnia certarum animi harmonia, turturis sese gemitu & suspiriis delectatum ait, quæ in terra sua audierat, *Vox turturæ audita est in terra nostra.* Vnde colligere est orationem lachrymis mistam & steru stipatam Deo longe esse acceptissimam.

Quam efficax autem, Deus bene, huiusmodi esse solet oratio, quam & lachrymæ polliant & suspiria suffercunt, quantasq; obtinere victorias! Idcirco armis similis esse in genesi perhibetur: Jacob quippe Patriarcha filio Joseph portionem hereditatis dimittens ait: *Do tibi partem unam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Nusquam porro Jacob bellum gessisse aut cum hoste conflixisse, aut arcum cum hoste terendisse legitur, quin potius iratus fuisse, quod filij, Sichimitas, ob Dinæ sororis raptum, arma mouentes exciderint, & sanguinem crudeliter effuderint. Vera igitur Chaldaei Paraphrastes lectio est dum habet, *quam orationibus acquisiui.* Illæ enim meliora arma sunt & valentiora quam arcus, gladij, aut hastilia. Hinc in libro Iudicum, Madanite tum armis, tum precibus profigati leguntur.

Oooo 3. Balac.

In oratione Manasse est captus tenebatur in Babilone.

Cant. 27.
Humilitatem sapientem lachrymarum comitantur.

Psal. 38.

Cant. 2.

Gen. 48.

Iud. 7.

Num. 22.

Balaam Moabitarum Rex numerosum aduersus Israelitas colligens exercitum, eosque armis persecutus, omnem mox belli curam deposuit, pseudopropheta Balaam consulendo, ut prosperum belli successum precibus ille à Diis impetraret: nam ut bene obseruauit Origenes, fama didicerat, Israelitas non nisi precibus ad Deum fuis victoriam consequi, eosque non arma manu præferendo, sed preces fundendo; cum inimicis conflictum ire solere. Quamobrem eiusdem illis armis inuadere consultius putauit. Quæ valida igitur hæc arma futura sunt, quando humilitate temperabuntur.

Deut. 14.

Pisces illi immundi censebantur, qui pinnulis & squammis carebant: qui vero pinnati & squammati erant, mundi habebantur: eo quod hisce pinnis in aere saliant, & quasi volare videantur; squammis vero velut lorica contegantur. Mysterium denotat eos coram Deo mundos esse, qui orationis alis in altum se sustollunt, cœlestia contemplaturi, & sub humilitatis squammis, velut lorica è virtutibus contexta, delitescunt, ne ab hominum mundanorum oculis videantur. Viuat igitur & omnium ore celebretur oratio humilis ac demissa de se sentiens.

Orationem ornat caritas.

Job 12.

Ezech. 1.

Altera, quæ orantibus necessaria est virtus, ipsa dicenda est caritas: atque hanc intellexit Raphael Archangelus, cum Tobia iuniori diceret: *Bona est oratio cum elemosina.* Mystica etiam illa animalia, quæ Ezechiel Propheta vidit, inter cetera, quæ præferrebant prodigia, manus hominum sub pennis habebant, quo aliud non denotabatur, quam sub oratione & contemplatione, quæ anima nostræ alas sunt, manus, id est, opera caritatis latitare debere, quæ binas hæc alas fulciant & sustentent. Senes quoque illi, quos Ioannes in Apocalyp. vidit, phialas aureas thymiamate plenas & suffitibus refertas habuisse leguntur: *quæ sunt, inquit, orationes Sanctorum.* Emblemata hoc expositurus, dico ideo potissimum ab Apostolo orationes, phialas aureas nominari, quod orantium corda carnea iam esse non debeant, sed aurea & luculenta caritate æstuantia.

Huiusmodi porro cor à Domino Psal-

mographus exposcebat, conceptuique meo quam proxime accedens aiebat: *Dirigatur Dominus oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Nam, ut thus & incensum acerræ impositum, nisi ignis adsit, nullum emittere fumum aut odorem potest: ita orationis incensum nullam spirare suauolentiam poterit, nec Deo gratum esse, si cor è quo proficiscitur, diuini amoris igne non succendatur, & dilectionis flammis non emittat, nisi inquam ardeat sancto quodam amore, non erga Deum tantummodo, sed & erga proximum, ut nimirum pro omnibus in genere oret, pro ipsi etiam peccatoribus & infidelibus. Huc alludit Psalmographus, cum diceret: *Es-fundo in conspectu eius orationem meam.* Esfundere autem, est quidquam foras eiecerere, quasi diceret: Oro pro iis, qui sunt extra gratiam Dei mei constituti pro peccatoribus inquam, ethnicis, amicis, & inimicis pro notis & ignotis. Caritas igitur hæc in spina operatur, atque ad omnes sese creaturas extendit.

Angelus ille, qui Joanni in Apocalyp. ante altare apparuit, thuribulum aureum secum deferrebat: quo aliud non declaratur, quam neminem coram Dei altari comparere posse, id est, Ecclesiam orandi causa ingredi, quam qui Angelorum vitam imitetur, & cor caritate velut auro radians habeat, è quo incensum orationis egrediatur, & suauissimos odores emittat.

In tabernaculo Moysis, aut templo Salomonis duo altaria reperire erat, vnum holocaustorum, & ipsum æneum: alterum thymiamatis, & illud aureum. Primum quidem sacrificium crucis denotabat, quod æneum & sonorum erat, quia in omnem terram exiit sonus eius, eo quod crucis Christi prædicatio omnes terræ angulos penetrarit: quamquam tropologicè S. Gregor. penitentiam & carnis mortificationem hic designari putet. Alterum vero, de quo Exod. 30. Bona sanctos & iustos denotare existimat, qui rerum cœlestium contemplatione sublimè elati, & procul à terrenis constituti, non procul à sanctis sanctorum, Angelorum instar commorantur, quotidieque in altari thymiamatis thus orationum

num adolent, ac superni ipsum amoris igne succendunt, quod diuinæ deinde maiestati sancte pieque offerunt. Ipse vero per duplex hoc altare, duo orationum genera designari putem, mentalem scilicet ac vocalem: per altare nimirum thymiamatis mentalem; per holocaustorum autem, quod æneum ac sonorum erat, vocalem: vtrumque vero charitatis igne semper ardeat necesse est.

Ceterum quando orationem caritate succensam esse debere dico, supponendum est, orantem omni vacare debere delicto. In cuius rei signum præcepit olim Deus, ne quis immundus, aut naxuum aliquem corpore præferens templum ingredi, aut tabernaculo propius accedere præsumeret, vel etiam sacrificium offerre, nisi prius mundaretur. Idem etiam lex Evangelica præcepit, cum neminem peccati sordibus inquinatum aut culpam aliquam corde fouentem, ad altare sacrum vult accedere, quo preces Deo offerat: tunc enim oratio robur suum amittit, & quodammodo eueruntur, orantique in vitium cedit & peccatum.

Naturalium rerum scriptores tradunt, gemmæ cuiusdam generis reperiri, cui nomē Dioscorides; admirabilis potētiae ac stupendarum virium, quibus tamen penitus destituitur, si mortui ori indatur. Naturæ hocce opus ad gratiam transferens, dico orationem lapidem esse, quo Dauidis exemplo demones prosternimus, lapidem inquam pretiosum, magnæ energiæ atque efficaciz: qua tamen priuatur, si peccatoris, qui coram Deo mortuus est, ore exeat: ac tunc tantum abest, oranti vt prosit, vt animæ etiam perniciem & interitum adferat, orationeque, vt de impio olim Psalmographus ait, eius fiat in peccatum: cumque diuinam iram sedare, furorē conceptum placare, flagellaque intentata auertere deberet, illa magis magisque accersat, & iram acrius succendat. Quod egregio exemplo confirmabo.

Bias Philosophus, cum quodam tempore cum sceleratis quibusdam & nebulonibus nauigaret, & vehemens subito tempestat exoriretur, illique in genua prostrati Deos inuocarent; ipse fictam illorum pietatem ir-

ridens: *Tacete*, inquit, *ne dii vos hic nauigan- tes sentiant*. Sciebat nimirum Philosophus, impiorum preces & orationes, corde inquit nato prodeutes, Deum magis irritare quam placare. Prius igitur quam se ad orandum quis componat, animam purget & ab omnibus liberet sordibus, necesse est.

Refert magnus August. serpentis quoddam genus esse, quod priusquam ad fontem bibendi causa accedat, euacuato stomacho omne quod intrinsecus reposum fouet virus, eiciat, quam serpentis naturam illo proposito nostro adaptans, ait Christianos, cum ad orandum sese componunt, omne prius peccati venenum, si quod in corde latet eumere debere, quam Deo preces offerant. Hęc igitur oratio, quæ corde puro; & ab omni peccati veneno libero, sed caritate succensio proficiscitur, perfectissima est, Deoque gratissima. At nec hoc satis: sed continua quoque sit oportet atque assidua.

Perseuerantia igitur & assiduitas tertio ad Perseuerantia orationis perfectionem necessaria est. Vnde apostol. Iacobus: *Multum valet deprecatio iusti assidua*. Dico igitur, si qua in re assiduitas & perseuerantia requiritur, in oratione eam & precibus maxime desiderari, & in primis necessariam esse: hanc solam non dederit importunitas huic vni congruit animosa pertinacia & continua indefatigataque ex postulatio. Aliis in rebus vitium est violentia, at in oratione virtus: de orantibus igitur illud merito vsurpari potest: *Regnum caelorum vim patitur, & violenti*; id est, importuni deprecatores, rapiunt illud.

Quo loco in Psalmis legitur *Vulgata; In manus tuas commendo spiritum meum*, alij habent Interpretes: *In manus tuas commendabo spiritum meum*, atque ita Græcus textus præfert & Chaldaica paraphrasis: vnde iusti in orando perseuerantiam colligere possumus, qui non semel tantum orat; sed firmiter secum statuit totum vitæ tempus orando transigere, ac nulla non hora & loco precibus & orationi vacare.

Iacobi cum Angelo lucta in sacris litteris celebratur, sed eo potissimum nomine, quod tanta ipsius terreni ac mortalis licet hominis, importunitas fuerit, vt firmiter in

animo

Oratio mē-
tis & vo-
catis per al-
taria taber-
naculi desi-
gnatur.

Leu. 22.

Oratio gē-
næ precio-
sæ compa-
ratur.

Psalm. 108.

Lib. de perf.
iustitia ad
Iulian.

Iacob, vlt.

Mat. 21.

Psalm. 108.

Gen. 32.

animo statuerit, non prius celestem illum spiritum dimittere, quam benedictionem petitam ab eodem obtinisset. Iam paulo ante dixi, luctam hanc veram orationis, quam homo ad Deum fundit, imaginem esse, in hac igitur sola importunitas commendanda est, animosque censendi illi, qui in oratione assidui sunt, nec prius quiescunt, quam gratiam à Deo obtinuerint, & votorum compotes facti fuerint.

In vitis Patrum.

Mendici nos docent orare Deū.

Religiosus quidam in oratione assiduus & continuus, fratribus alijs modum orandi Deum rogantibus respondit, à nullo alio orandi se rationem quam à mendicis stipem ante diuitum ianuas postulantibus, vlcera sua & plagas, non semel auribus, sed sæpius demonstrantibus, quo eos ad misericordiam flectant, & elemosynam in paupertatis subsidium extorqueant didicisse, & ab illis ipsos etiam discere posse. Innuere scilicet volebat; quod cum pauperum instar mendicorum, quotidie ante magni Dei ianuam panem nostrum quotidianum atque gratiarum charismata deposcimus; non prius à necessitatibus nostris diuinæ maiestati repræsentandis, cessare debeamus, quam elemosynam aliquam aut munusculum ab eadem impetremus.

Esther. 15.
Esther orationis ty-
pus.

Esther regina, formosissima sui temporis mulierum, ad regem cum ingrederetur, petitiones suas declaratura, duas secum ducebat puellas, vnā cuius humeris inniteretur; alteram quæ syrma traheret. Vera hæc imago fuit rei de qua modo agimus. Regina quippe hæc orationem designabat, per quam ad regem regem Deum accessum habemus cum eodem locuturi: quæ quo secure incedat, & maiori cum plausu excipiat, duas habeat virgines, comites necesse est, vnā cuius humeris fulciatur, humilitatem scilicet quæ eandem sustentat; alteram quæ sinuosa vestrum volumina subleuet, perseverantiam scilicet quæ perfectam semper orationem sequitur.

Psal. 54.

Hac virtute orationes suas exornabat, Psaltes de se siquidem testatur: *Mane adstabo tibi & videbo.* Verbum vero *adstabo* perseverantiam denotat, cuius loco Hieronym. ad fontes Hebraicos *contemplabor* transtulit,

quod tantundem significat: alio item loco, vbi Vulgata præfert: *Anticipauerunt sigillas oculi mei;* alia versio habet: *Tenebas vigilas oculi mei.* Id est. Tam grata tibi orantium perseverantia, vt oculos meos, quo ad te integras noctes vigilent, & excubias quodammodo agent, cogas, quo ita in oratione perseverem Psalmoitem 95. vbi legimus vulgo, *Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.* S. Hieronym. transtulit, *Fortitudo & exultatio in sanctuario eius.* Sanctuarium porro orationi locus debitus est, eius vero comites, fortitudo, ad incessanter orandum, & nunquam deficientem; & cordis exultatio ad perseverandum assidueque orandum.

Verum quod perseverantia essentialis orationis pars eam, propterea omni ratione diabolus impedire contendit & interrumpere. Quod exemplo quodam faciam manifestum: Religiosus quidam, vt in Dialogis refert Gregor. orationem ceptam semper intermittere, & non nisi quam breuissimas funderet preces, impatiens moræ, solebat: & quamuis fratres hanc in eo leuitatem sæpius reprehenderent, non ideo tamen in orando reddebat constantior. Accidit interea S. Benedictum ad illud monasterium diuertere; & de monachi huius leuitate certior reddi; quem cum ad se vocatum curiosus inspexisset, vidit nigellum quendam pedibus illius aduolurum (dæmonem haud dubie) qui cum à sancto orationis exercitio auocaret. Procidit igitur in genua sanctus pater, cumque pro salute illius Deum deprecatus esset, dæmon, omnis perseverantiæ inimicus, ab eo mox decessit.

Diabolus perseverantiam impedit.

Idem quoque Gregorius huc etiam trahit Lib. 2. cap. historiam aliam Geneseos: Abraham cum Dei iussu animalia quædam offerret in sacrificium, ecce volucres cælo delapsæ in aram descendere victimam deuoraturæ: quas cum sæpius ipse abegisset, iterum tamen atque iterum importunæ illæ harpyiæ ad prædam redierunt; nec prius ab iisdem liberatus fuit, quam somnus cum oppressisset. Qui curiosius hoc introspicere voluerit, & Gregor. moralitatem sequi, reperiet haud dubie, orantem, Deoque gratum precum sacrificium offerre-

offerentem, à rapacibus semper auibus, dæmonibus inquam infestari. Non ideo tamen orationem abruptam, sed eandem continuo vna cum vanis cogitationibus abigat, novam attentionem comparet, & in orando perseveret, donec randem sol occidat, & dormiendi tempus ingruat, id est, donec vitæ huius dies præterierit; fieri enim non potest, vt quamdiu vivimus, ab importunis illis auibus immunes simus; ideo semper ijs resistendum, & omni ratione abigendæ, inque oratione perseverandum.

Val. lib. 2. cap. 10.

Xenophon Philosophus solenni Dijs sacrificio offerendo impeditus, de filij sui in bello nec certior factus, coeptum sacrificiũ non intermisit, nec vultum ob tam lugubrẽ aut funestũ nuntium contraxit: aut sacrum abrupt. Et ecce, proh pudor! Christiani hodie multis importunitate victi filum orationis abruptunt; & ob nugas aliquas molestiarum a precando cessant: hæc igitur Ethnici constantia & in orando perseverantia confundantur & erubescant.

At non ita vivendum est, Auditores, aliter vita vobis instituenda, amplectenda virtus est; & in primis virtutum regina Oratio. Audiunt scilicet partes eius, audiunt dignitatem ac potentiam, audiunt præterea quæ ad perfectionem illius necessaria sunt.

Psal. 140.

Hæc igitur omnia animis vestris insculpta permaneant, & mementote cunctorum quæ vobis hæcenus dicta sunt; recordemini inquam in sacris literis eam thuri & suffitui comparari, & merito sancte; nam quemadmodum odores nidoresque semper in sublime tendunt: ita & oratio si David experto fidem habeamus. *Dirigatur, inquit, Domine oratio mea sicut incensum.* Secundo, quemadmodum aromata & odora menta putrescentium locorum & sentinæ foetorem tollunt, ita vt neminem offendat; sic & iustorum orationes pro peccatoribus deprecantium efficiunt, ne eorum delictorum foetores diuinæ maiestatis nares offendant, vt pro meritis eadem non puniat, sed veniam benignus concedat Tertio, vt odores & suffimenta magis redolent contusa, & thus magis fragrat igni iniectum; ita & de Sanctorum orationibus sentiendũ;

Tom. 1. Pars Hyemalis.

tunc illas feruentiores esse, & suaviorem spirare odorem, cum in persecutionum mundanarum mortatio contunduntur vel tribulationum vitæ huius igni imponuntur.

Eia igitur Christiani, orationi diligenter incumbite; ipsa enim hominum & Angelorum interpres, interpres inquam, quæ omnium linguarum novit discrimina, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ, Germanicæ, aliarumque sexcentarum: ipsa peccantium patrona, cælorum amica, Dei carissima, diaboli terror; ipsa virtutum regina, electorum Philosophia; Sanctorum sermo, paradisi ianatrix, & animarum omnium consolatrix. Simul etiam perpendite, quanta illius sit potentia & virtus, ipsa dæmonibus dominatur, infernas potestates compefcit, Angelos ad flagellandum accinctos exarmat, tyrannos domat, mundum vniuersum expugnat, tempestates sedat, ignem cælo aduocat, altra sistit, feras siluis elicit, pluuias exsiccat, ventorum alas laxat, & laxatos refrænat. Ipsa præterea morbos depellit, mortuos ad vitam reuocat, montes loco mouet, hominibus vt sine cibo potuque vitam transigant vires suppeditat, terram concutit, elementa inter se conciliat, aliaque infinita effecta, quæ omnem naturæ potentiam superent, producit.

Hanc igitur diligite, Christiani, & amplectimini, illius perfectiones sectemini, quæ ad eam necessaria sunt quærite: cum igitur ad orandum vos componitis, ad sit humilitas, stipe preces caritas, & comite tur eas perseverantia. Oratio enim, nisi humilis sit, mera est vanitas, si caritate non sustentetur, merum peccatum; si perseverantia desit, nihil omnino promeretur: primum representat oratio Pharisæi, alterum preces & poenitentia Achab, tertium Iudæ proditoris quamprimum deficientis, animi amaritudo. Tria igitur hæc simul coneurant necesse est, quæ ad perfectionem orationis non parum faciant; quibus si ornata fuerit oratio, perfecta erit Deoque gratissima.

Tu autem omnipotens & æterne Deus, ad quem preces nostræ diriguntur, eas re-

Pppp

ge.&

Conclusio.

Humilitatè carens oratio non nisi vanitas.

ge, & nos ad eandem sancte picque fundendas dispone: saepe, fateor, plena imperfectio- nibus sunt, nec exaudiuntur, eo quod non bene fusa, saepe enim cum superbia & animi elatione tibi eas offerimus, saepe in peccati statu funiuntur, saepe minima data occasione i. terrumpuntur. Humilitatem igitur ve- ram, quae eandem comitetur caritatem & di- lectionem, quae eandem succendat & robor, quo in iisdem persistamus, largire. Quae si impetrauerimus, vota precelque nostrae tibi acceptae futurae sunt, ac per eandem in hac vita, gratiam & in altera gloriam immorta- lem consequemur, ad quam ducere nos di- gnetur Deus Pater, & Filius, & Spiritus San- ctus Amen.

DOMINICA SEXTA
POST PASCHA.

Quae est Dominica infra octauam
Ascensionis.

Partes.

1. Quod praesita minus sint noxia.
2. De testimonio S. Spiritus & Apostolorum.
3. De aduersi à Domino predictis.
4. Cur suos affligi velit Dominus.

Cum venerit Paracletus quem ego mittam
vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à
Patre procedit, ille testimonium perhibe-
bit de me. Ioan. 15. & 16.

FIGURA.

ELIAS Propheta & sacrificuli Baal, cum inter sese de veri Dei cultu altercarentur, his Baalim Deo vero praeferebantibus & ado- ratione dignum asserentibus, illo contra fir- miter asseuerante, & praegnantibus ratio- nibus euacuate, solum Deum Israel adoran- dum, sacrificijsque placandum; nec vllum contentio finem haberet, ita tandem inter eos conuenit: vt suo vterq; Deo sacrificium immolaret, & victimas, ac quorum Deus primus tunc ignem caelo demississet, quo sa-

cificium absumeretur, ille verum adorare Deum censeretur. Elias igitur è 12. lapidibus, in memoriam 12. tribuum Israel, aram con- stuxit, cui cum & ligna & taurum superim- posuisset, quae & aqua humectabat, quo mi- raculi dignitas foret euidentior; in genua procubuit & Deum orare coepit. Et ecce ignis subito caelo in aram delapsus ligna cor- ripuit, victimam succendit & in cineres red- egit. Testari ita Deum voluit, Elias Deum so- lum adorandum, & omni obsequio & cultu dignissimum esse, reliquos vero omni hono- re & cultu indignos. E autem a figura ad ve- ritatem descendam, dico Christum, magnum illud & honorificum crucis sacrificium caelo obtulisse, quo Deus iratus homini reconcili- atus est: altare in quo oblatum, ipsa fuit crux, ligna, plurima tormentorum genera quae petruit; i se vero victima, iniuria & impropria, quibus cum Iudaei praetercutes imperebant, aqua fuit qua conspergebatur. Et quamuis singula haec ita se haberent, ea tamen hominum pernicacia fuit, in animum inducere, vt nullaratione possent, Iesum ve- rum Deum existere, quamuis mors illius & resurrectio euidentia testimonia dedissent. Eia igitur, inquit cum Christus, egrediamur, & ad vltimum diuinitatis meae experimen- tum veniamus: Spiritum S. eccliesium demit- tam, qui in forma ignea, in sacrificium ipse peragi delabatur. Atque ita lapides funda- mentales Ecclesiae meae, Apostolos inquam, corripiat & succendat, ne qua in posterum dubitandi sit occasio, sed omnes certissime credant, me non secus ac Pater verum Deum esse, & vt talem omnes, post tot diuinitatis argumenta, potentiae signa, & essentiae notas editas cõfiteantur. Hoc Euangelio hodierno contineri video, quod vt ad illius gloriam & animae vestrae salutem exponam, is ipse S. Paracletus in partem operis inuocandus, & Deiparae auxilium implorandum, qui mihi id- eo potissimum in genua prolapsi, angelicis verbis salutaribus. *Aue Maria.*

Ea semper omnium sapientum opinio fuit, nulla alia re, ingruentia aduersitate in iacula, & tribulationum mundi huius tela facilius excipi posse, in siccaque minus, quam si lon- ge ante animo voluatur ac prius quam fe-
xi-nt.